

CANCELL:
MARTIS B:
1715.

IX. B. c. 116

57.


~~DISPER~~

~~XXXVIII. 9. a~~

- I. De Deactitudine Iuridica, sub Dolio, Leder & Lic:
- II. Thomasij Ingestiung in frigo; Et max. usq. pugna non diffensare de iustitia
aupz hinc?
- III. De Instrumentis Actui praeipuis clausulis iunctis sub H. Cocco Oto, p. Lic:
- IV. De iustilibus Pactorum Iuris Romani traditionibz in suis Term: sub Drenckyser, Dose.
- V. De iure posseitandi in contractibz et quia inde iure Gentium danch condicibz, sub H.
Cocco, Kopf.
- VI. Contractibz in nombratio, sub Capnio Lovens.
- VII. Constituto Posteriorio, sub Capnio Willebrands & Lic:
- VIII. Capu fortuito a quasi Usuetuario non prestando sub Dolio Oberkampe & Lic:
- VIII. - Errone comuni circa venditiones qua inscriptis conficiunt, sub Dolio Poepere & Lic:
- X. Viadicie factorum Iuris Romanij sub Dolio, Nagel & Lic:
- XI. De Contractu non prelecto sub Cöllner, non facilius dñs.
- XII. Exordio Proprietatis et origine Domini, sub J. H. Bergero Hartungis.
- XIII. Negotiacione Contractuum unilateralium, sub Bartho Tritonj,
- XIV. Alianatione, in genere sub Bottiger, Bly.
- XV. - Servitute facieadi, sub Toto, Dicetis.
- XVI. Exceptione Domini, Wohler & Lic:
- XVII. Lando, sub Wagnero, Gries.
- XVIII. Commodato filii, sub Wildvoglio, Zorber,
- XIX. Venditionis iure recte nonnulla pecunia, Wachter, & Lic:
- XX. De Dolo, Culpa ei capu fortuito, sub Winco, à Belmont.
- XXI. Conductor Herritorum, der Landknecht glaubt, sub Wildvoglio, Wildig.
- XXII. Lenor inireius, sub Wildvoglio Werner.
- XXIII. De acquisitione per traditionem, sub Feijen, Doro, & Lic:
- XXIV. De agris vctigalibus von feldgristäber, Frd. Philippi.

- XXV. De Societate Universali, sub P. Millerio Karnatz & Lic:
- XXVI. De Pacto retrocavitationis, sub Martini, Krugero,
- XXVII. - Contractu Emphyteriticario, sub Bastinellero, Brager,
- XXVIII. De iustis causis recuperandi depositum, sub Dodino, Georgij & Lic:
- XXIX. - ^{De Parte} Domini regessivis, sub Hartengo, à Schoenbergo,
- XXX. De Solario ex superficie praefando, sub Sterngio Dückingis & Lic:
- XXXI. - Motu contractu, sub C. Egistro Gregorij
- XXXII. Annon omnes contractus iusta uulnori Germanie sunt conferiales, sub de Imhoff de Schult
- XXXIII. De Iure spectrorum, sub I. S. Gryko, Lohro & Lic:
- XXXIV. - Emitione Iei, sub I. S. Gryko, Frübingis & Lic:
- XXXV. - Deposito miserabili, sub P. Millerio, Soederer,
- XXXVI. - Contractu hedici cum agroto, sub Schulzio, Lauren.
- XXXVII. - Continuatione possessionis per Successores, sub Dietrichis & Lic.

3



26

C. D.
DE
SOCIETATE
VNIVERSALI,

Consensu

MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS

in

Illustri Academia Salana

P R A E S I D E

PETRO MÜLLERO, JCTO,

Consiliario Saxonico & Antecessore,

Pro

L I C E N T I A

Summum in utroque Jure Doctoris Gradum ejusdemque Pri-
vilegia consequendi,

In Auditorio Jctorum

Die 28. Maii, 1691.

horis ante & pomeridianis
disputabit

MARTINVS KARNATZ,
Güstrovio-Mecklenburgicus.

JENÆ, Typis PAVLI EHRICHI,
Ao. 1712.

C. D. 166
SOCIETATIS
UNIVERSITATIS

COLLEGIUM
MAGISTERIUM COLLEGIALE ORDINIS

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF GÖTTINGEN

LIBRARY

IN UNIVERSITATE GOETTINGENSIS

MARTINUS KARNTZ

CHIROPGRAPHICUS

THEOLOGIUS HISTORICUS

VO. 1215



PROOEMIUM.

Cum adjuvante Deo post exantata
in utroque Jure consueta examina
lectionem itidem, ut vocant, cur-
soriā habitam, Amplissimi Juris
Consultorum Ordinis honorifico De-
creto, facultatem conscribendi Inau-
guralem Disputationem, eamque publicè pro Licentia
summos consequendi honores habendi ritè sustinuer-
am; Multa licet me hactenus impediverint negotia
turbulenta, in eo tamen occupatus fui, ut, quibus ob-
stricctus eram, decenter satis facerem. Verum cum
multæ & innumerabiles ferè Juris nostri occurrant
materiæ; non minimum dubitavi, quam huic rei eli-
gere convenientem, donec missis omnibus aliis, ani-
mum meum ad præsens, de Societate universali ap-
plicaverim thema; idque èò, cum sit materia qui-
dem frequentissima & quotidiana, à paucis tamen,
quantum ego adbuc scire potui, expressa plane, ac
pro merito pertractata, justè me banc materiam e-
ligisse certo persuasum habeo. Et quamvis mate-

* (4) *

ria gravitati, ingenui tenuitas vix responderit, feci tamen, non quod volui, sed quod potui. Si itaque vel ratione methodi, vel ipsius materiae, inordinate ac incongruenter quid possum, illud me, vel tempore, cuius angustia circumscriptus, vel monitis Doctiorum correctorum esse polliceor. Interim ego in hac re quid voluerim, licet non valuerim, candidus Lector dijudicabit, quem, postquam eadem fronte, qua sua animi sensa ab aliis aspici desiderat, sequentes paginas intueri petiero, plurimum saluere jubeo. Jam publico Dissertationem praesentem examini sistere volo. Cum verò omnia bene & que ac feliciter gerantur, si ipsius rei principium decens fiat & amabile Deo. Nov. 6. praf. & è contrariò, ubi Christus non est fundamentum, nullum boni operis super edificium esse posse, can. 26. caus. 1. quest. 1. cœleste Numen iterum atque iterum devo-tissimis ac humillimis adoror precibus, supplexque veneror, ut Clementia sua largissima hunc actum grata sua directione clementer ac feliciter dirige-re velit.

Thesis I.

Etymologia.

MOnitum Vlpiani in I. i. pr. ff. de I. & I. & I. §. 1.
ff. de pact. securus, prius nominis paucis habe-bo rationem; nomina enim ad ipsarum rerum cognitionem quasi manuducunt. Et quidem, unde Societas sortiatur appellationem, paucis attingam; po-tior

tior enim rerum quam verborum est habenda ratio, *arg. I.*
17. ff. de LL. Dicitur autem alii Societas & Socius à secando,
quia Socii quasi partes sunt, totum constituentes, & Societas
quasi Societas, quae est totius in partes sectio; inde descendit
sexus, i. e. nota, quā mas & foemina disjungitur aut distin-
gvitur. *vid. Becm. in Orig. Lat. Ling. voc. Socius.* Alii à se-
quendo derivant, quod dicit ordinem, quo plures uniuntur,
unde secundus quasi sequundus, qui sequitur primum. Alii
trahunt à Consortio, sed recte trahunt crinibus ut vulgo di-
citur; probabilius est, vocabulum Socii esse primitivum & à
nullo alio originem ducere. *vid. B. Dn. Richt. in Diff. de Con-*
tract. II. tb. I. lit. a. Universalis verò dicitur ab universo,
quod est unum versus, vel in unum versus & redactus, Græ-
cis τὸν, vel universus, quasi omnes ad unum versus, i. e. si-
ne aliqua exceptione. Et accipitur vel singulariter, quatenus
idem denotat ac totum, v. g. universus ager: vel pluraliter,
quatenus significat omnes conjunctim; ita universale,
quod ad universos pertinet; hinc res universitatis. *§. 6. I. de*
rer. divis. Universales actiones appellantur, quibus perse-
quimur corpus aliquod Juris, continens multas res cum
augmento & diminutione, ut sunt hereditas, peculium, dos
&c. Hoc loco universale nobis idem est, ac totale, ac omnes;
hinc Societas universalis dicitur universarum fortunarum, *in*
l. 73. ff. pro Socio & totorum bonorum in l. 65. ff. eod. & omni-
um bonorum, in l. 52. §. fin. eod. vid. thesin seq. in fin.

Thes. II.

Et quamvis sèpè in Jure nostro Societas consortium & Synonymia.
comminio pro Synonymis legantur, strictè tamen loquen-
do inter se etiam differunt, *vid. Richt. c. I.* Consortium e-
nim plerumque dicitur de fratribus, quibus patrimonium pro
indiviso est commune, *l. 52. §. 6. ff. pro Soc.* Die noch in un-

zertheilster Erbschafft sijzen: quanquam vocabulum consors & consortium in se sit generale, & pro varietate objecti variè applicetur; sic prout se quis sociat bonis vel malis, Consortium nominari solet vel probum vel pravum, secundum illud.

Nascitur ex Socio, qui non cognoscitur ex se.

Sic Consortes generis sunt Ovidio Epist. 3. Consanguinei & Propinquui, id: in conjuges vocant thalami consortes, *thalami consorte carebat, 10. Metamorph.* Vnde & Conjugium consortium dicitur in Novell. 2. c. 3. §. 1. Ita porro appellantur litis consortes, qui communem causam litis habent. l. 2. C. de Consort. & lit. Berlich. 1. C. 14. n. 45. Inde criminis consortes &c. Communio autem in specie dicitur, si inter duos res aliqua communis absque conventione expressa & tacita Societatis ineundæ, estque quasi contractus §. 3. & 4. I. de oblig. que quasi ex contr. nasc. Rectius igitur Societatem quis dixerit Consortium voluntarium, cum Ulpiano in l. 52. §. 8. ff. pro Soc. qui nomen voluntariae Societatis ei quoque tribuit. l. 63. §. 8. ff. eod. Germanice eine Gesellschaft/ Geverb's-Gesellschaft/ & Socii, Geverb's-Leuthe/ Geverb's-Verwandten. In specie autem, Societatis universalis Synonyma quod attinet, reperimus, quod nonnunquam dicitur Societas universorum bonorum l. 5. ff. pro Socio. interdum totorum bonorum; ut in l. 65. pr. ff. pro Soc. quandoque omnium bonorum, l. 52. §. fin. l. 65. §. 3. d. t. Ut & universarum fortunarum. l. 73. ff. eod.

Thef. III.

Homonymia Pro materia autem substrata varias agnoscit significations Societas; ex quibus frequentiores sunt, quod (1) pro Corpore seu Collegio. l. 1. pr. & §. 1. ff. quod cuiusque univers. l. 22. ff. de fidejuss. & mand. l. 31. §. 1. ff. de furt. cui, qui præest,

* (7) *

est, dicitur Magister Societatis. l. 14. ff. de pact. (1) Pro ea se-
dalitate, quæ inter publicanos exercetur, diciturque vesti-
gallum Societas. l. 65. §. pen. ff. pro Soc. l. 5. pr. ff. eod. item pu-
blica l. 33. ff. d. l. Porro (3) pro consortio inter virum & uxo-
rem. in l. 1. ff. de act. rer. amot. l. 52. ff. de Re judic. (4) Pro
quasi contractu, seu communione, in quam fortè fortuna,
sine consensu vero quidam per testamentum, legatum vel
donationem incidunt. in l. 19. & 34. ff. S. P. R. item in l. 6. §. 2.
& l. 23. ff. comm. div. unde est, quod in communione viven-
tes, dicantur Socii §. 3. I. de oblig. que quasi ex contract. nasc.
E. ista communio dici potest Societas, argumento desumpto
à conjugatis. vid. Ench. Log. Brunnem. l. 3. m. 2. c. 2. §. 13. (5) Propriè pro contractu vero, quo plures, res vel operas, ad
überiorem quæstum & commodiorem usum, in commune
conferunt, uti accipitur in l. tit. de Societ. & in ff. pro Socio;
quæ significatio est hujus loci.

Thes. IV.

Præmissis breviter iis, quæ ad nomen pertinere vide. Definitio.
bantur, consequens est, ut rem ipsam penitus inspiciam : Considerabo autem Societatem universalem, tam in gene-
re, quoad descriptionem & divisionem ; quam in specie,
quoad constitutionem per causas, tum externas, tum internas & effectus, & quoad dissolutionem per contraria. Quod igitur ad descriptionem attinet; describi potest Societas u-
niversalis, quod sit contractus consensualis, de bonis uni-
versis, lucri in commune faciendi gratia communicandis.
Genus hujus definitionis meritò pono contractum consen-
sualem, per l. 19. & 32. ff. pro Soc. Solo enim consensu, abs-
que literis, verbis, rei datione &c. formaliter Societatem
contrahi, plus quam manifestum est, ex §. un. I. de oblig. ex
consens. Dicuntur autem contractus nudo consensu initi,
qui

qui perficiuntur, simul atque consensus utriusque quoquo modo, sive verbis, sive per epistolam aut nuntium declaratus, d. §. un. & l. 2. §. 1. 2. ff. de O. & A. Sutholt. *Dissert.* 15. apb. 1. Strauch. *Dissert.* 15. n. 1. & quamvis consensus etiam in reliquis contractibus omnibus requiratur, scil. efficienter, in consentualibus tamen formaliter adesse debet. Evidem Giphan. ad l. 7. §. 4. ff. de pac*t*. Contractus consensuales nihil aliud esse vult quam pacta nuda; sed satisfecit ei *Vngep. in Exerc. qu. 1.* Reliqua verba in descriptione absolvunt differentiam tam genericam, quam specificam: genericam voco, quæ desumitur à fine externo, qui est intentio lucri & quaestus, l. 7. 8. 12. 13. 30. ff. pro Soc. Frantz. ad d. l. n. 49. Mej. *Coll. Arg.* d. t. & interno, qui est rerum communicatio, vid. Bachov. ad *W. senb.* n. 1. d. t. quia hæc etiam Societati in genere convenient. Differentia autem specifica consistit in objecto, bonis scilicet universis & omnibus, quo ipso differt à Societate particulari, quæ est tantum unius rei, vel certæ negotiationis. l. 5. pr. l. 52. §. 5. pro Soc. pr. I. eod.

Thes. V.

Divisio.

Est autem Societas universalis duplex; alia omnium bonorum. l. 3. §. 1. l. 7. ff. pro Socio: bonorum simpliciter alia. l. 7. d. t. *Felic. tr. de Societ.* cap. 13. n. 5. seqq. quæ duæ species ita differunt, quod illa comprehendat omnia Sociorum bona, tām præsentia quam futura, quocunque titulo & modo honesto quæ sita l. 3. §. 1. l. 73. ff. pro Soc. *Felic. d. tract.* c. 12. n. 2. seqq. *Mantic. de tac. conv.* l. 6. T. 15. ut sunt hæreditates legata & donationes, Thesaurus inventus &c. vid. Zæf. de qua pluribus infra in objecto & effectu. Hæc verò comprehendit tantum ea, quæ ex quaestu, i. e. quæ opera & negotiatione veniunt. l. 7. ff. d. t. seu ea tantum, quæ ex ipsa Societate proveniunt, nec ad adventitia lucra, v. g. hæreditates,

* (9) *

tes, legata, donationes &c. se extendit. d. l. 7. seqq. l. 3. §. 1. l. 5.
§. 65. Felic. d. c. 13. n. 1. seqq. Præterea alia Societas univer-
salis est vel expressa vel tacita, item vel perpetua vel tempo-
ralis, de quibus infra in forma.

Thef. VI.

Hæc de definitione & divisione. Progredimur ulte- Causa effi-
rius ad causas, & quidem primo omnium exhibet se Causa ciens.
Efficiens; quæ est vel remora, nempe Jus Gentium vel po-
tius Naturale. l. 7. pr. & §. 1. ff. de pac̄. §. 2. inf. I. de I. N. G. &
C. Moz. de orig. contract. art. 1. n. 1. vel propinqua, quæ est
consensus. contrahentium. pr. I. de oblig. que ex consens. l. 2.
ff. d. O. & A. l. 19. 37. ff. pro Socio. Est autem consensus ille
duplex, vel expressus vel tacitus; de illo nullum unquam
occurrit dubium; de hoc tamen inter Doctores gravissima
huc usque fuit lis; an scilicet Societas universalis etiam tacito
consensu contrahi possit? Negat Carpz. per l. 3. §. 1. l. 4. l. 5.
pr. l. 67. §. 1. ff. pro Soc. Eckb. in tit. pro Soc. §. 3. Fransk. d. tit.
n. 25. Trentl. V. 1. D. 27. th. 8. f. Cravett. C. 26. n. 5. Menoch.
Conf. 12. n. 10. C. I. A. tit. pro Soc. §. 9. Affirmativam tamen
veriorem puto, eo quod Societas solo consensu perficiatur,
pr. & §. 1. de oblig. que ex consens. l. 2. pr. §. 1. de O. & A. nec in-
terest, an verbis exprimatur consensus, an verò re ipsa & a-
ctualiter ex proposito ineundi Societatem declaretur. l. 4. l.
32. 44. pro Soc. tacitum enim idem operatur, quod expres-
sum. l. 3. ff. de R. C. arg. l. 32. §. 1. ff. de LL. Cum igitur nus-
piam prohibitum reperiatur, quod Societas omnium bono-
rum tacite seu re ipsa coiri nequeat, meritò permisum cen-
setur. arg. l. 28. §. 2. ex quib. caus. maj. l. 43. §. 1. de procur. Si
enim factis ipsis appetet de consensu sociorum eò, quod
diu communicaverint inter se omnia, undecunque provenien-
tia, nec ullam rationem posuerunt, ex eo satis intelligi-

B

poteſt,

potest, infer eos contractam esse omnium bonorum Societatem. Nec videre possum, quare cum cæteris modis in eundi Societatem eodem jure gaudere non debeat, cum tamen eadem ipsi conveniat ratio. d. l. 4. ff. pro Soc. arg. l. 32. ff. ad L. Aquil. & ita sentiunt Donell. L. 13. c. 15. ibique Hillig. lit. C. & D. Fachin. Lib. 12. Controv. 14. Felic. d. tract. cap. 10. n. 16. ubi alios quam plures allegat. Hunnius ad Treutl. V. 1. D. 27. tb. 8. qu. 20. Besold. C. 33. n. 22. Mascard. de probat. Conclus. 1316. n. 20. & seqq. Mant. de tac. & amb. conv. L. 6. T. 9. ubi hanc sententiam magis receptam & frequentissimo Dd. calculo approbatam esse testatur & ad contraria respondeat. Add. Masc. de prob. 3. c. 1509. Petr. de Vbaldis tract. de Societ. P. 2. & 3. Ant. Fab. in C. L. 4. T. 27. d. 3. Mev. ad I. L. L. 3. T. 9. a. 3. n. 4. seqq. Dissidentes vero, nec textu, nec Juris fundamento, nec prægnanti ratione nisi videntur, quin potius textus ab ipsis citati, vel nihil probant, vel cum generales sint, & de quavis in genere Societate affirment, quod vel verbis, atque sic expresse, vel re, adeoque tacere contrahi possit, de Societate quoque universorum bonorum idem intelligendum.

Thes. VII.

Causa fi-
nalis.

Altera causa externa est Finis, i. e. id, cuius gratia Societas initur, quem duplice*m* constituo Internum & Externum. Internum voco, qui est in potestate contrahentium; quieum intendunt; nimirum rerum & bonorum omnium communicatio, vid. Wcsenb. in parat. tit. pro Soc. n. 8. ibique. Bachov. in not. num. 1. Externum appello, qui quidem à Contrahentibus intenditur, sed non est in eorum potestate, ut eundem semper obtineant; estq; lucrum & quæstus ex bonis omnibus. l. 7. 8. 12. 13. 30. ff. pro Soc. Contrahentes enim; dum consentiunt ad communicationem omnium bonorum,

norum, nullam aliam habent intentionem quàm de lucro & damno. d. l. 7. 8. 12. *Moj. C. L. A. d. 1. §.* quamvis per accidens haud raro etiam damna emergant, *vid. Vultej. Jurispr. Rom. L. I. c. 37. n. 14.* de participatione autem lucri & quæstus notandum est, quod conventio in ea det legem, & servandum, quod initio vel plus vel minus convenerit. *l. 23. ff. de R. I.* modo non leoninam inæqualitatem foveat, v. g. ut alter lucrum tantum, alter damnum tantum sentiat, *l. 29. pr.* & *§. ult. pro Soc. §. 2. I. cod.* Quando autem de partibus lucri & damni inter contrahentes nihil actum est, æquales debent constitui, *§. 1. I. de Societ. d. l. 29. pr. ff. eod. ff. cod.* & quidem in Societate particulari æqualitate respectiva, i. e. secundum proportionem geometricam æstimanda, ut scilicet cuiusvis Socii lucrum & damnum respondeat ejus sorti vel operæ collatae. *d. §. 1. d. l. 29. pr. l. 6. l. 80. l. 83. pro Soc. Sutbolz. Diff. 15. apb. 55. seqq. Bachov. ad Trentl. V. I. D. 27. th. 8. D. Stranch. Diff. 15. a. 26.* Secus tamen in universalis Societate; in hac enim, si nihil est conventum de parte lucri, id æqualitate simplici, i. e. secundum proportionem arithmeticam est inter Socios dividendum, licet bona illa illata fuerint inæqualia. *Felic. de Societ. c. 9. n. 23. & cap. 26. n. 29. Bonacina. de contract. D. 3. q. 6. n. 2. Mantic. de tacit. convent. L. I. th. 14. num. 41. seqq. Lauterb. in Comp. I. tit. pro Soc. in O.*

Thes. VIII.

Absolutis causis externis, sequuntur internæ: Materia Materia sub-sicilicet & Forma; materia tam subjectiva, quàm objectiva. *jectiva.*
Materia subjectiva absolutitur personis contrahentibus seu fo-ciis, tacite vel expreſſe Societatem universalem contrahen-tibus. Regulariter autem Societatem universalem contrahe-

* (12) *

re possunt omnes, qui particularem inire queunt; particularem vero omnes contrahunt, qui non reperiuntur prohibiti, arg. l.5. C. de O. & A. Possunt igitur Societatem inire, Patronus cum liberto, l.2. C. pro Soc. item duo colliberti. l.71. §. 1. ff. eod. fratres cum fratribus. l.52. §. 8. d.t. l.47. §. 6. de administr. tut. frater cum sorore. d.l. i. Pater cum filio emancipato, vel etiam in potestate constituto, scil. quoad bona castralia & quasi castralia. l.38. §. 1. de condit. indeb. Idem dicendum de adventitiis irregularibus. C. I. A. d. t. §. 5. n. iii. Maritus cum uxore. l.16. §. ult. ff. de aliment. & cib. leg. l.32. §. 24. ff. de donat. inter vir. & uxor. l.17. §. 1. ff. solut. matrim. Non autem statim Societas inter conjuges censemur initia, si forsan ex mandato aut nomine mariti, vel in consequenti- am ex re & persona seu occasione mariti negotietur uxor, Da sie nur v. g. auf des Mannes Beschl die Waare mit ausmisset und hingiebt; sed quae suo ductu, sua autoritate, suoque nomine principaliter mercimonia, & quae eis con- nexa sunt, veluti condomina exercet. vid. Michael. Respons. p. 67. Porro filius familias cum extraneo recte contrahit Societatem, l.63. §. 2. l. ult. pro Soc. Pupillus tutoris autorita- te interveniente l.33. f.d.t. Minor consensu Curatoris & ad- hibito decreto Magistratus l.1. & tor. tit. ff. de reb eorum qui sub. tut. l.8. C. de pr. d. min. cum Societas omnium bonorum efficiat alienationem & condominia, vid infra thes. l.4. vel etiam ipse si Curatorem non habet, quo casu tamen, si lesus, salvum ipsi manet beneficium restitutionis in integrum. l.3. C. de in integ. rest. min. mutus etiam & surdus ceteris pari- bus arg. l.43. pr. ff. pro Soc. Judæi etiam cum Christianis arg. l.8. 10. C. de Jud. & Cœlic. modo ex nova Imperii Constitu- tione coram ordinario Magistratu, cui Christianus est sub- jectus, contractus celebrentur. R. I. de anno 1551. §. Diesen zu begegnen &c.

Th. IX.

* (13) *

Thef. IX.

Ex diverso verò arcentur à Societate tam particulari quam universalis, fratres, quæstum patri conferentes, arg. I. 52. §. 8. ff. pro Soc. I. 47. §. 6. ff. de administ. tut. Parentes & liberi in potestate constituti, in non castrensis scil. §. 12. I. de oblig. que ex delict. pupilli absque tute, in tantum, ut ne quidem Socius, contrahens cum pupillo, huic obligetur. Felic. d. tr. cap. 3. n. 16. & quos ibi allegat: multò minus contrahit cum tute. I. 1. ff. de autor. & consens. tut. nisi habeat cunctores. arg. I. 5. §. 2. ff. cod. Idem dicendum de minore, curatorem habente I. 1. §. fin. ff. de minor. furiosi I. ult. C. pro Soc. I. 1. §. 12. ff. de O. & A. mente capti, arg. §. I. de curat. prodigi, qui furiosis æquiparantur, §. 3. I. de Curat. I. I. C. cod. qui tamen, si ante furorem Societatem contraxerint, in Societate manent. arg. I. fin. C. pro Soc. ob spem recuperandæ sanitatis, quo referuntur etiam summè ebrii, irati & lætitia nimia percipi. à Felicio cap. 7. n. 18. 19. Clerici & Monachii, quibus negotia exercere interdictum, c. pen. & ult. X. de vit. & honest. Cleric. quod tamen intelligendum est, si Clericus ipse negotiationem exerceat; cum autem contingat sæpè, unum Socium tantum negotiari, alterum vero acquiescere, & tamen lucrum ex collatis bonis acquirere posse; rectè tali causa Clericus Societatis capax censemur, ob cessantem causam, quod ita à divinis non avocetur. Zaf. pro Soc. n. 14. Hæretici, Hostes &c. Mozz. art. de pers. que Societatem contrab. poss. n. 23. Officialis temporalis, Medicus cum ægroto, Advocatus cum cliente suo, miles armatae militiae, &c. De quibus omnibus fusius, Felic. cap. 8. per tot.

Thef. X.

Materia objectiva Societatis universalis sunt omnes omni. Materia ob-
nō res & operæ Sociorum, commercio non exemptæ, I. 63. §. jectiva.

B 3

fin.

* (14) *

fin. ff. pro Soc. §. 1. 2. I. de iusut. sfp. §. 7. I. de R. D. I. 83. §. 5. ff. de V. O. Et quidem in Societate universalis absolutè omnium honorum, omnia, undecunque & quacunque causà licita acquisita, præsentia & futura sunt communicanda. *I. 73. §. 1. l. 52.* & seqq. ff. pro Soc. ut hæreditates, legata, donationes, *I. 1. §. 1. l. 3. §. 1. l. 73. pr. ff. d. t.* porrò etiam feuda, scilicet quoad fructus, *arg. 2. f. 9. 52. 55.* Idem dicendum, si alter ex Sociis habeat bona restitutioni fideicommissariæ obnoxia, quoad fructus videlicet, *arg. I. 3. §. 4. & 5. C. Commun. de leg. Dn. Struv. Ex. 22. tb. 26.* Item quæ quis Sociorum ex alieno delicto per actionem sibi exinde competentem consequitur, v.g. injuriarum, *I. 53. §. fin. ff. pro Soc. &c.* cum in hac Societate, quicquid acquiritur, communis lucri sit, licet causam Societatis non respiciat. *d. l. 52. §. fin. I. 73. pr. & §. 1. ff. d. t. I. 39. §. 3. ff. famil. bercisc. Lauterb. adtit. pro Soc. §. 1. n. 2.* Quod vero unus sociorum ex causis inhonestis & prohibitis acquisivit, puta socii furto, injuria, rapina, aliove delicto, in commune non confertur; delictorum enim turpis & foeda est communio, adeoque turpis quaestus etiam in hac universalis Societate censetur exceptus. *I. 52. §. 17. ff. d. t.* accedit, quod hac non sunt in bonis inhonestè acquirentis. Societas autem universalis est bonorum. Si tamen collatum fuerit, erit commune lucrum. *I. 53. b. t.* nec aliter restituitur Socio conferenti, quam si damnatus fuerit. *I. 54. d. t.* & si Socio altero conscientia collatum sit, etiam poena furti pertinet à tota Societate. per *I. 55. ff. d. t.* add. Molin. Disp. 412. n. 5. Brunn. add. *I. 55. Dn. Struv. Exerc. 21. tb. 26.* Ulterius ad hanc universalem Societatem, quia in eam non tantum veniunt ea, quæ ex quaestu procedunt, sed & aliunde quoquo modo acquirantur, pertinet thesaurus ab altero Sociorum inventus. *Zwf. d. t. q. 10. Felic. c. 12. n. 24.*

Th. XI.

* (15) *

Thef. XI.

In Societate vero universalis simpliciter bonorum communicantur tantum ea, quæ ex quæstu, h. e. opera & negotiatione veniunt, v. g. si quod lucrum ex emtione venditione, locatio conductione, &c. provenit. l. 7. & seqq. d. t. Fecht. c. 13. n. 5. seqq. Frantz. in Comment. tit. pro Soc. n. 10. seqq. quæstus enim intelligitur, qui ex opera cuiuscunque descendit; unde sequitur, quod legata ad Societatem universalem simpliciter bonorum non pertineant, cum ista non veniant ex quæstu, sed ob merita, nam si omne lucrum intelligeretur, esset Societas universalis, omnium bonorum. Brunnem. ad l. 7. ff. pro Soc. n. 1. nec eo pertinent hæreditates, nec thesaurus inventus. Zæf. d. l. In reliquis, quoad objectum, convenit ferè Societas universalis cum particulari. vid. Coll. I. A. d. t. Zæf. T. 2. &c.

Thef. XII.

Sequitur altera causa interna; nimurum Forma; quæ est Forma eff. vel substantialis vel accidentalis. Forma substantialis Societatis universalis, consistit in consensu ad communicandum omnia bona vel præsentia vel futura, quoctunque titulo honesto acquisita, vel tantum præsentia, prout ea est vel omnium bonorum simpliciter, vel tantum bonorum, de qua distinx supra. Iste consensus verò declaratur tum verbis expressis, etiam per nuntium. l. 4. ff. pro Soc. literis seu per epistolam. arg. §. 2. I. de oblig. ex Cons. l. 2. §. 2. ff. de O. & A. cuius exemplum in l. 71. pr. pro Soc. tum tacite, re & facto. l. 4. pr. pro Soc. id, quod supra jam demonstravi in causa efficiente. tb. 6. saltem hic referenda censeo requisita, vulgo à Doctoribus posita, ex quibus tacita Societas omnium bonorum colligi possit; ad eam verò demonstrandam tria hæc conjunctum requirunt, quorum nullum abesse potest; nem-

pe

pe communem habitationem, lucrorum communicacionem, & de rebus administrandis non redditam rationem. vid. Petr. de Vbald. in tract. de duob. frat. p. 2. pr. Anchoran quest. 74. P. 1. Mozz. in tract. de Societ. col. 4. n. 37. Maserard de probat. concl. 327. n. 5. Cravetta Conf. 159. n. 1. Mev. ad Jus Lubec. P. 3. Tom. 8. a. 3. n. 5. Quæ in tantum requiruntur, ut si minimum desit, puta si quid quantulumque alter proprio nomine gesserit, sibive habuerit, universalis Societas minime contracta videbitur l. 4. C. Commun. utriusque jud. Ant. Fab. in Cod. L. 4. T. 27. d. 3. Interim tamen, si unus ex sociis ignorante altero acquirat aliquid suo nomine in fraudem socii, non ideo statim solvit Societas, sed sufficit scientia præsumtiva. Cravett. Conf. 26. num. 2. & C. 123. Fab. d. 1.

Thes. XIII.

Communicatio autem rerum in Societate universalis, & quidem simpliciter tali omnium bonorum existentium, fit ipso jure sine vera traditione l. 2. ff. pro Socio. id quod sapit exceptionem à Regula, quæ non patitur, ut dominium absq; traditione transferatur, nisi velis hic admittere quasi traditionem, cum Brunn. ad l. 1. d. t. n. 9. postea verò acquisita non sunt ipso Jure communia, adeoque quilibet sibi acquirit, communicanda tamen Societatis judicio antecedente traditione. l. 74. ff. d. t. Menoch. C. 122. n. 19. & 76. Covarr. 3. Resol. cap. 19. num. 1. Gometz. T. 2. resol. c. 5. n. 3. Trentac. l. 3. de emt. resol. 1. n. 2. Brunn. add. l. 74. Ratio autem differentia videtur esse, quod traditio rerum in universalis Societate initio sit difficilis, ut ita lex eam pro facto habeat, non etiam sit difficilis eorum, quæ postea acquiruntur. Zœf. pro Soc. n. 6. Quod autem ad res incorporales, v. g. nomina attinet, illæ in hac Societate omnium bonorum manent in suo statu, nec ab initio

initio ipso jure sunt communes, sed expresse debent cedi & actiones præstari. *l.3. p. d.t. Hahn. d.t. in fin. Zef. d.l.* cuius rationem assignat *Cujac. in l. I.d.t.* quod actiones & nomina personæ cohærent, ut jura ad rem, non in re, & in solum non transeant, nisi prævia cessione. In Societate autem bonorum simpliciter, actuali communicatione & traditione indistinctè opus est. *arg. l.i. §.1. 58. §.1. d.t.* non verò ipso jure communicantur. Communicantur autem in hac Societate posteriori res principales interdum tantum quoad fructus, usum, pretium vel lucrum exinde percipiendum. *l.7. l.44. l.52. §.2. l.58. ff. pr. ff. d.t. l.13. §.1. ff. d.P. V. Felic. de Soc. c.9. n.52. seqq.* interdum verò quoad ipsam proprietatem, ita, ut dominium illarum pro partibus indivisis inter socios fiat commune, *d.l.13. §.1. de P. V. d.l.58. pr. ff. d.t.* unde in hac Societate universalis bonorum respiciendum esse ad id, quod inter partes actum benè monet, *ex leg.34. ff. de R.I. Lauterb. in Comment. ad ff. tit. pro Soc. §.1. n.7.*

Thes. XIV.

Nec minus universalis Societas ab heredibus tacitè contracta nonnunquam dici debet, veluti, si socio universali uno mortuo, relictis heredibus, alter sociorum omnia communis nomine administrare pergit, nec sibi quicquam separatim querat, concurrentibus tamen omnibus, requisitis reliquis, quoad hanc Societatem adesse debitis, si que mortui socii heredes idem faciant, quæ defunctus facere solitus erat, tunc, ut morte defuncti Societas illa universalis verè sit finita, tamen hoc facto heredes cum superstite socio de novo quasi Societatem inivisse & iisdem modis renovasse, ac tacito consensu repetiisse censendi sunt, quod idem etiam incæteris usu venire solet contractibus consensualibus, *l.13. §. qui impleto ff. loca-*

locati. l. 4. §. ult. junct. l. i. §. 9. ff. de precar. modò heredes ita comparati fuerint, ut etiam, si velint, expressam Societatem contrahere possent, cuius enim expressus consensus nihil operatur, multò minus tacitus quicquam operari valebit; talia enim sunt prædicata, qualia permittuntur à suis subiectis; hinc sequitur, quod pupillus sine tutoris autoritate hanc renovasse non putetur, nullatenus enim obligatur absque eo. l. 5. 9. ff. de aut. tut. Idem dicendum est de minore, quippe, qui nec adhibito consensu Curatoris rectè potest immobilia alienare, nisi adhibuerit decretum Magistratus, l. i. & tot. tit. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 8. cum seq. C, de pred. min. per Societatem enim universalem inducitur communicatio omnium bonorum per suprà tradita, & consequenter alienatio, l. 3. cum seqq. ff. pro Soc. l. 2. ff. Comm. divid. Sanè si pupillus aut minor, major factus, rata habeat, quæ à socio communi nomine gesta sunt, tunc tacita Societas universalis nihilominus retrò, seu ex tunc convalescere videtur propter ratihabitionem, qua mandato æquiparatur. l. ult. C. ad SC. Mac. l. 12. §. ult. ff. de solut. Alex. i. Conf. 24. n. 5. Cravett. C. 26. n. 1. 3. & 4. & C. 123. ut & C. 159. & 286. Dec. Conf. 21. 66. 488. Fab. in Cod. L. 2. T. 27. d. 4. n. 10.

Thef. XV.

Forma acci- Forma accidentalis Societatis universalis consistit in pa-
dentalis. ñtis adjectis, plerunque de partibus lucri & damni, adje-
 ctione temporis & conditionis; quicquid igitur de partibus
 lucri inter contrahentes legitimè convenerit, servandum,
 cum pacta dent legem contractui. l. 23. ff. de R. I. §. 1. l. de So-
 ciet. & nihil magis congruat æquitati, quam in conventioni-
 bus bonæ fidei id custodiri, quod inter contrahentes per-
 actum, l. i. §. 6. ff. depos. l. ii. §. 1. ff. de act. emt. modo conven-
 tio

tio non sit injusta, & nimia inæqualitate constet. *vid. Bach.*
ad Treutl. V. i. D. 27. tb. 8. qualis est, si convenerit ut ad unum
 omne damnum, ad alterum omne lucrum recidat, qualem
 Societatem leoninam vocat *Cassius* in l. 29. ff. pro Soc. allu-
 dens ad Æsopis fabulatoris apologum. Sed quid, si pactum
 nullum intervenierit de lucro? Resp. In Societate particulari
 distinguitur; aut enim ab utrâque parte æqualis quantitas
 fuit illata, tunc etiam æquales partes simpliciter & arithme-
 ticè esse debent, tam in lucro quam vi correlationis in da-
 mno. §. 1. *I. de Societ.* l. 29. pr. ff. & l. 3. *C. cod.* aut diversa
 quantitas est collata, & tunc distributio sit in æquales partes
 respectivè & geometricè arg. d. l. 29. in pr. prout scilicet ali-
 quis plus vel minus in Societatem contulit, ut plus lucri vel
 damni ferat, qui plus rei vel operæ contribuit, id, quod ra-
 tioni *vid. Aris. 3. Pol. 6.* ac legi maxime consentaneum est. l.
 6. & 18. inf. ff. pro Soc. unde & tacitè id actum etiam censem-
 dum, *Schneidew. ad pr. I. de Soc. n. II.* Secus tamen est in So-
 cieta universali; cum enim ibi omnia continuò commu-
 nicentur, per supra dicta, ut fiant unum complexum, vel to-
 tum pro indiviso, & sit in omnium sociorum dominio com-
 muni, seu condominio, *Fraatzk. pro Soc. num. 40. Dn. Struv.*
Exerc. 22. tb. 23. id, quod fieri censetur per constitutum pos-
 sessorum tacitum; eo enim ipso momento, quo talem Socie-
 tam duo ineunt, legis permisso sine dubio propter difficultatem,
 tota patrimonia etiam inæqualiter collata, ultroque
 citroque transferendi, uterque efficaciter, et si non exprima-
 tur, constituit, se res suas præsentes corporales etiam alterius
 nomine pro dimidia parte possessorum esse, *Tiragu. de Iure*
conf. poss. P. i. ampl. 32. n. 6. adeoque diversæ quantitatis col-
 latio non respicitur, sed ex ea Societate quisque sociorum
 capit, quantum ipsi opus est. arg. l. 73. §. 1. ff. d. t.

* (20) *

Thesis XVI.

Ulterius ad formam accidentalem Societatis hujus pertinet, quod coiri possit vel in perpetuum, i. e. dum vivunt socii. *I. pr. l. 70. ff. d. t.* vel extempore, veluti, ut post biennium transactum Societas universalis inter aliquos sit, *d. l. 1. pr.* vel sub conditione *d. l. 1. & l. pen. C. eod.* id quod Justinianus, cum inter veteres dubitatum de eo fuerit, peculiariiter constituit. Quæ verò fuerit dubitandi ratio, inter nos non omnino convenit; placet *Vultejī* opinio *ad pr. I. d. t. n. n.* qui putat, veteres eo dubitasse, quia Societas omnium bonorum transfert dominium, dum fugitur, aut, ut *Cajus* loquitur *in l. 2. ff. d. t.* creditur, quasi intervenisset tacita traditio aut mancipatio: constat autem mancipationem diem vel conditionem non recipere. *l. 77. ff. de R. I.* Idemque est in omni legitimo transferendi modo, ut conditionem non admittat. *Cujac. in parat. C. d. t. Affclm. Disp. de Contract. IX. §. 8.*

Thes. XVII.

Effectus.

Absolutis causis sequitur Effectus, qui duplex est; primus, & secundus ex primo ortus. Effectum Societatis universalis primum voco obligationem ad lucrum & damnum communicandum, ad rationum administrationis redditionem, & ad damni dolo, culpa leví datum restitutionem. In genere autem notandum, quod, sicut ex contractibus ceteris consensualibus, ita etiam ex contractu Societatis, mixta, id est, naturalis & civilis obligatio simul nascatur, quā socius universalis socio suo obligatur de eo, quod ex bono & a quo praeflare oportet, *l. 2. §. f. ff. d. O. & A.* obligantur autem socii ad lucri, & vi relationis, damni divisionem, & quidem aequalē, si nihil expressum, *§. 1. I. de Societ.* Si verò de certis lucri & damni partibus convenerit, partes expressæ sunt ser-

van-

vandæ. d. §. II. d. t. In specie verò, sicut in Societate universali simpliciter tali, omnia quæsita, ita quoque omnia damna debent esse communia, l.52. §. f. l.55. ff. pro Soc. l.39. §.3. familiæ. Vnde sequitur, quod quicquid socius universalis, injuriâ Judicis damnatus, persolverit, possit imputari Societati, cum talis sententia pro casu fortuito sit habenda, quem unus sociorum ferre non tenetur. l.52. §. fin. pro Soc. Brunnem. ibid. num. 20. Notanter autem adjeci; injuriâ judicis, si enim condemnatus est, v. g. ob injurias, &c. ipsi à sua parte divisionis merito deducitur per l.52. &. fin. Cui consequens est, si socius universalis lusoria instituens certamina, pecuniam dilapidaverit, vel veneri pervigilando bona dissipaverit ac perdidit, damnum inde emergens Societatem non respicere, sed reum solam poenam luere per l.59. §. 1. ff. pro Soc. Wef. ad d. l. n. 9. quod etiam de jure Saxonico cautum. vid. text. art. 12. L. I. L. R. ibi: Verspielt ein Mann sein Guth/ oder verhuret ers/ oder bringet es sonst bößlich umb mit übrigen Kosten oder Gaben/ darein sein Bruder/ oder die mit ihm ihr Guth gemein haben/ nicht gewilliget/ den Schaden/den er daran niunt/ soll er alleine tragen/ und nicht zugleich auch seine Brüder/ oder seine Gesellen/ die ihr Guth mit ihm gemein haben. Porro si unius lociorum universalium aliquid injusto titulo, v. g. furto, rapina &c. acquisitum altero socio bene consciente contulerit, quod fieri posse, ostendi supra in mat. object. etiam ad poenam, videlicet dupli, tripli, quadrupli obligatur tota Societas. l.55 ff. d.t. add. Molin. Diff. 412. n.3. Brunnem. ad d. l.55. Dn. Strub. Ex. 21. tb. 26.

Thef. XIIX.

Sic etiam est, si damnum vel lucrum, non ex Societatis causa, sed aliunde provenerit. Ita v. g. in Societate universalis,

bonorum præsentium scil. socius daminum aliunde veniens ad reliquos devolvere nequit, uti nec tenetur lucrum ipsis tale communicare, arg. l. 67. §. 1. ff. pro. Soc. Quo pertinet elegans præjudicium à J. Ctis Jenensibus Mens. Octobr. 1620. datum: Ob nun gleich Cajus vom Titio begchret/ daß er neben ihm in ganzen Schaden/ so wohl des Verlusts der Ochsen und Waaren/ als auch noch darzu der erlegten Ranzion wegen/ zu seinem Theil Krafft geschlossener Societät/ mit tragen solte/ wie er denn auch des commodi, so dem Titio ex mera gratia zugewachsen/ zugleich theilhaftig zu seyn vermeinet: Dennoch aber/weil solcher Verlust des Caji nicht ex contractu (derentwegen er allbereit den Verlust und Schaden mit erdulden müssen) oder inde depente causa, sondern anders wohin/ und von seiner hohen Landes-Fürstlichen Obrigkeit Einfall herrühret und entstanden / Titius auch ex speciali & novâ causâ, so auf den Cajum bey so gestalten Sachen nicht zugleich gezogen werden kan/ und aus lauter Gnaden sein Guth allein/ und so viel ihm mit zukommen wieder erlanget/ hierüber Cajus allein zu dem seinigen und seines Leibes Loskauffung erleget/ als ist daher Titius dasjenige/ so aus dem gemeinen Verlust ihme aus Gnaden wiederum geschencket worden/ mit dem Cajo nicht zu vertheilen/ viel weniger das Ranzion-Geld/ so Cajus für sich und die Seinigen versprochen und auszahlen müssen/ mit zu tragen schuldig/ V. R. W.

Theſ. XIX.

Præter damna etiam obligatur socius ad onera, quæ ejus nomine quis subiit. Et quidem universalí Societati omnia imputantur undecunque procedentia; unde queritur: an do-

tis

tis assignandæ filiæ alterius locii unus etiam competitat Societati? Negat Zœf. tit. pro Soc. n. 45. per l. 80. & 65. §. f. ff. d. t. Mozz. post tract. de Societ. Conf. i. sed mihi affirmativa verior videtur, ob textus l. 73. §. 1. l. 66. d. t. arg. l. 52. §. f. d. l. l. 39. §. filius, verb. si non in omnibus socii essent. ff. fam. herc. l. 6. ff. pro Soc. sicuti enim omnia quæsita, ita omnia quoque damna in Societate universalí debent esse communia. l. 55. d. t. & sicut in hac Societate universalí non attenditur, an occasione unius plus lucri, v. g. hereditas ampla obveniat, ut propterea plus ex bonis communib[us] finita Societate dividendis capiat; ita non consideratur, an ratione unius plus impensum fuerit, ut illi speciatim hoc imputetur; sed incertæ spei & eventui dubio initio se committunt socii, & æquale jus habent, tum circa lucrum tum circa impendia, licet fortè eveniat, ut non æque omnibus ex voto & juxta intentionem Societas cedat. d. l. 73. §. 1. d. t. Magnif. Dn. Struv. Synt. I. C. Ex. 22. tb. 27. Accedit, quod si locius certo modo agnoscere debeat poenam per l. 52. §. fin. d. l. ut supra deducatum, eō magis ea agnoscere debeat, quæ in honorem liberorum alterius socii, dotem scil. erogata sunt. Add. Menoch. L. 2. cent. 2. A. I. Q. cas. 127. n. 3. Althus. L. 1. dic. sol. cap. 78. n. 37. Bocer. P. 1. cl. 2. D. 5. tb. 51. Donell. L. 3. comment. c. 16. ibique Hillig. Arum. Ex. 15. I. tb. 2. nec obstat à Zœf. allegata. l. 80. & seqq. Repondeo enim, ibi de sociis omnium bonorum quæstionem non esse, nec rectè colligi, quia dos ex communi propter pactum deducitur, E. pacto cessante non esse deducendam. Obstaret enim naturæ Societatis omnium bonorum, in qua expensæ omnes Societati imputantur, per sup. deduct. Fachin. L. 8. controv. cap. 4. in fin. Dn. Struv. in evol. ad d. tb. Trentl. Diff. 27. tb. 8. ibique Bachov. & Hunnius.

* (24) *

Thef. XX.

Sed quid, si non omnes socii universales filias habeant, sed unus tantum eorum? Resp. nihilominus dos Societati imputanda arg. l. 81. verf. non si commune. Imputent enim sibi reliqui, quod talem Societatem iniverint, vel in ea perstiterint; damnum enim, quod quis suâ culpâ sentit, non est damnum. Hect. Felic. d. t. cap. 26. n. 13. 21. seqq. Dn. Struv. d. tb. in fin. Cæterum, quod de dote dictum, idem dicendum arbitror de sumtibus ad filiorum studia impensis, circa quam quæstionem quidem Donell. ad rubr. C. pro Soc. n. 18. distinguit, ut quidem eo casu parens de communi hos sumtus consequatur, si ante contractum Societatis initium filius studiis destinatus, eo, quod negotia liberè inchoata necessariò sint perficienda. Secus autem esse, si post initiam Societatem filium studiis destinaverit Pater, qui prius destinatus non erat; quæ distinctio, et si colorem, ut loquitur Arum. Exerc. 15. tb. 2. & æquitatis rationem habere videatur, tamen eam generalitas textus in l. 73. §. 1. ff. pro Soc. non admittit, ubi dicitur; ea quoque in honorem alicujus liberorum erogata sunt, utrique imputanda esse, ubi autem lex non distinguit, ibi nec nostrum est distinguere. l. 8. pr. ibi: nihil exprimitur. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. 1. ibi: quisquis igitur ex lib. ff. de test. mil. & hujus Societatis universalis natura requirit, ut quæcumque, tum lucra & commoda, tum damna & onera sint communia, nec consideretur, an unus plus expendat, quam alter l. 81. ff. pro Soc. facit hoc, quod studiorum causa, semper ferè dotium causæ æquiparare soleat. Bart. ad l. 1. in fin. ff. solut. matrim. Imò magis ipsa dote privilegiata, assertit Panorm. in cap. fin. in fine. X. de Ind. Atqui dote de communi sumi in quæst. præced. ostensum est. Dissidentibus fusè respondet Kremberg. de sumt. Stud. qu. I. n. 19. seqq.

Th. XXI.

* (25) *

Thef. XXI.

Porro cum omnis administrator seu voluntarius seu necessarius à lege, Judice vel alio quovis homine constitutus rationem suæ administrationis ejus, cuius interest, reddere teneatur *Damboud. de tut. & curat. fol. 66. n. 17. Pet. Frid. Min-dan. de Mand. L. 2. c. 49. pr. iequitur*, quod etiam socius universorum bonorum de eo, quod in Societate ista administravit, rationem reliquis sociis reddere teneatur. *I. 9. pr. ff. pro Soc. Tufc. conel. 303. Pet. de Vbald. tract. de duob. frat. P. 12. n. 1.* idque non tantum si ipse administravit, sed etiam, si alium administrationi præposuit, *Felic. d. tr. c. 37. n. 8.* ubi obiter succurrit dubium, quando nimis locum socius cogi possit ad rationem reddendam? circa quam quæstionem *Bartholus in l. 4. C. de suscep. prepos. statuit*, ante annum rationum redditionem exigi non posse, cuius opinionis fundamentum petit *ex d. l. 4. Mozz. de soc. col. 4. 22. 29.* distinguit, ut ante annum quidem conveniri possit ad exhibendum librum rationum, quem fortassis socius inspicere cupit: ante annum vero rationum redditio exigi nequeat; quæ distinctio etiam probatur *Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Diff. 27. th. 10. a.* Verior autem mihi videtur sententia *Treutl. d. 1. statuentis*, quo cunquo tempore rationem exigi posse; cum enim socius socio sit ad strictus ad reddendam rationem, nec certum tempus in Jure definitum reperiatur, quo id fieri debeat, in arbitrio utique videtur esse locii, quo cunque tempore rationum redditio postulare velit, maximè cum etiam *I. 9. ff. de edend. nullum certum tempus definitur*, quo socius actione pro loco conveniri queat. Nec Mozzio distinctio hoc quadrare videtur, quippe, qui petit id, quod est in principio.

Thef. XXII.

Circa rationum redditionem occurrit sæpe quæstio de
D
damno

damno dato dolo vel culpa socii resarciendo; & quidem de
damno, dolo dato res est expedita, cum nihil tam contraria
rum sit bona fidei, quam dolus. l.3. §.3. pro Soc. ac nullus
contractus, nullumque negotium sit, à quo dolus, fraudatio
& mala fides abesse non jubeatur. l.4. C. de O. & A. l.31. ff.
depos. Nec dubium est de damno culpâ latâ præstanto; hæc
enim in civilibus & pecuniaris causis Juris interpretatione
& quoad effectum Juris, doli appellatione comprehenditur.
vid. l.226. d. V. S. l.32. ff. depos. l.8. §.3. de precar. licet parti-
cula taxativa; solum, tantum, solummodo, tantummodo
duntaxat, &c. doli vocabulo sic addita, l.1. §.1. ff. de O. & A.
l.1. §.1. ff. si mens. fals. mod. dix. Meij. in Comment. de culpa in
contract. præst. tb. 107. seqq. quod ad levissimam culpam at-
tinget, illam & multò magis calum fortuitum socius nec uni-
versorum bonorum præstat. §. fin. I. de Societ. l.52. §.2. ff. eod.
sufficit enim talem diligentiam rebus communibus adhibe-
re, quemlibet quis suis rebus adhibere solitus est, & qui parum
diligentem socium assumit, de seipso conqueri, sibique im-
putare debet. d. §. fin. l.72. ff. eod. add. Seb. Med. tract. de cas.
fort. p. 1. qv. 9. n. 33.

Thes. XXIII.

Restat igitur, quod sola culpa levis veniat præstanta,
eaque non in abstracto sed in concreto talis. §.f. J. b. l.92. §.2.
l.72. b. l.5. §. 2. Commod. Carpzod. 2. C. 26. d. 12. Lauterb. tir.
pro soc. in O. Dicitur autem culpa in abstracto Dd. quate-
nus illa sine conditionibus individuantibus & extra subje-
ctum indeterminate consideratur, prout in se, & non. v. g.
in Mevio, Titio &c. est. Culpam vero in concreto dico,
quando eam in subjecto determinative, nempe Mevii &
sempronii consideramus; secundum hanc posteriorem ac-
ceptionem, si diligentissimus & minus diligens fieri non
adhi-

adhibeant consuetæ suæ diligentia gradum, uterque in concreto levem culpam committit. d. §. f. *J. de Societ.* cum in abstracto illius culpa esset levissima, hujus forsitan lata. *l. 32. ff. depos. Lauterb. ad Tit. Commod.* Nec tamen socius tenetur ultra id, quod facere potest, sed gaudet beneficio competentiae, §. 38. *J. de act. l. 63. pr. pro Soc. l. 16. ff. de re jud.* idque eo, quia Societas jus quodammodo fraternitatis in se habet, quæ ratio æque pugnat pro socio universalis quam particulari. *l. 63. §. 1. ff. pro Soc. nec obstat. l. 16. ff. de re jud.* agitur enim ibi de Socio particulari, qui non ex causa Societatis, qua ratione tantum tribuo illi hoc beneficium, sed ex alia causa ad Societatem non spectante. *Schwend. ad Eckolt. d. l. §. 6. Conf. Nicol. de Pasler. c. 6. qu. 9. Bronch. Cent. 2. aff. 51. Pac. cert. 4. qu. 100. Dn. Struv. in evol. ad Ex. 22. th. 37.*

Thes. XXIV.

Hæc de Effectu primo Societatis universalis, de obligatione scilicet socii: sequitur Effectus ortus sive secundus; qui est actio pro socio universalis, competens contra socium, quæ est directa utrinque & in heredes transitoria. *l. 63. §. in hered. ff. pro Soc.* in qua ratio habetur ejus, quod alterum alteri ex bona fide prestare oportet, §. 28. *J. de act.* & datur regulariter finita Societate *l. 65. pr. ff. pro Soc. l. 5. C. eod.* interdum tamen, manente etiam Societate moveri potest. *d. l. 65. §. pen.* Agitur autem hac actione non tantum ad res, quæ unius ex sociis universalibus sunt, communicandas, sed & ad lucrum, ex que re communii perceptos fructus communicandos. *l. 73. 74. 65. §. pen. d. t.* nec minus in hanc actionem veniunt expensæ; & quidem in hac Societate universaliorum bonorum non tantum expensæ in Societatem factæ. *l. 38. §. 1. l. 52. §. 15. d. t.* sed & aliæ omnes, modo non proveniant ex delicto, dolo vel culpa Socii. *l. 52. §. f. l. 59. §. 1. d. t. Felic. d. tr. c. 26. n. 1. &c.* Sed queritur: an

hæc actio detur ad res quæ ex Societate communes sunt, dividendas? negat *Franz ad tit. Comm. div. n. 4.* & *Lauterb. ad tit. pro Soc. in O.* Verum affirmativa fortioribus stabilita videtur argumentis, & quidem per *I. i. commun. div.* ubi vocabulum *magis* comparativè sumi arbitror, nimirum: quod personales præstations actioni pro socio magis principaliter insint, quam communis dividendo actioni; hæc vero divisionem rerum primario intendunt; illa per consequentiam. Deinde naturæ actionis pro socio repugnaret, si ad impertrandam rerum divisionem non valeret, quippe, quæ est rei persecutoria. *I. 50. ff. pro Soc.* quo ipso etiam res communes dividenda veniunt; facit denique *I. 38. §. f. d. t.* ubi actione pro socio intentata, actio communis dividendo tollitur, & vice versa; E. utriusque tantundem inesse oportet, & tam actione pro socio, quam communis dividendo, rerum communium divisio urgeri poterit. *Bocer. P. 2. cl. 2. D. 5. tb. 56. 57. Riemer. Dec. ii. qu. 5. Ludov. ad Wes. T. comm. div. n. 1.* Nec obstat *I. 52. §. 8. pro Soc.* Resp. nulla est consequentia: *judicio Societatis in commune redigimus.* E. *commune non dividimus:* argumentum enim à contrario sensu patitur suas limitationes. Nec adversatur *I. 43. eod. ibi: & adjudicationem admittit.* Resp. id de eo casu accipiendum est, quo jam actum est communis dividendo: altera enim actione alteram tolli Proculus ait, *I. 38. §. eod.*

Thef. XXV.

Ceterum permititur quoq; socio nonnunquam experiari aliis concurrentibus actionibus, e. g. actione communis dividendo. *I. 43. ff. pro Soc. ex L. Aquil. I. 47. d. t.* condicione furtiva, *d. l. 47. pr.* Actione furti. *I. 45. ff. d. t.* ubi tamen requiritur, ut res per fallaciam & dolum malum sit amota, *d. l. 45. ff. d. t.* In dubio enim credendum, eum qui partis dominus est, jure

* (29) *

jure potius suo uti, quam furti consilium inire. l. 51. ff. eod.
Plures actiones concurrentes vid. in Coll. Jur. Arg. hoc. tit.
tb. 28.

Theſ. XXVI.

De contrarii Societatis universalis nihil peculiare oc-Contraria.
currit; quibus modis enim Societas particularis, iisdem fere
etiam haec universalis solvitur Societas, nimirum: mutuo
dissensu. l. 65. §. 3. ff. pro Soc. renunciatione. §. 4. J. de Societ.
Morte §. 5. J. d.t. naturali & civili. l. 4. & 63. §. f. ff. pro Soc. & c.
Quibus ipsis, cum temporis angustia & multa in Patriam
me revocant negotia, filum abrumpo & mea di-
ſputationi pono

F I N E M.

S. D. G.



* (30) *

Distrumpat ilicet sodales optimos
Mavors manu dirâ, prematque foedera,
Tu vinculum nectis fide Germanica,
Consortiumque contrahis suavissimum.
Comitem hinc Themis suo legit Te lateri,
Et judicat dignum, suavi præmio.
Hoc gratulor, posthæc Deus Te Principi
Socium legat, precor, solumque Patrium
Dulcissimos fructus capiat imposterum.

*Ita Nobiliss. DN. KARNAZ, de Licent. Summos ianueroque
Jure capeſſendi honores ex animo
gratulatur*

PRÆSES.

Dum tractas docte Sociorum dogmata juris.
Almæ Te Themidi consociasse doces.
Nosceris ex Socia, qui non cognosceris ex Te.
Illaque dat Socio digna brabea suo.

*Ita Consultissimo Dn. Doctorando, Amico
& olim Consalino suavissimo
gratulatur*

IO. CHRISTOPH. Hartung/
Phil. & I. V. D.

Sor-

* (31) *

Sonnet.

En Schiffmann freuet sich/ wenn er nach vielen Wachen
Nun an des Meeres Strand sich mit dem Ruder lenkt/
Der Stürme/ die vor dem sein Schiff so hart gekräntz/
Kan ein erlangter Port / Ihn bald vergessend machen.
Mir deucht/ Geehrter Freund/ indem Er solche Sachen
Nach viel und grossem Fleiß ißt anzutreten denkt/
So Themis stets zum Lohn der schönen Arbeit schenkt/
Wird Er nunmehr vergnügt in voller Freude lachen.
Und nehmen an die Frucht/ die Ihm bisher geblüht/
Die Seinen Nahmen kan den Sternen gleich erheben/
So/ daß er rühmlich wird auch bey der Nach-Welt Leben/
Die mein Gemüthe ißt zu diesem Glück-Wunsch zieht:
Gott wolle solche Frucht mit Seegens-Thau besezen/
So wird das Vaterland sich auch an Ihm ergezen.

Mit diesem wenigen hat dem (Tit.) Herrn Doctordando,
seinen werthgeschätzten Freunde schuldigster maszen
gratuliren sollen

Joachim Seeken.

So läßt die Themis sich mit holden Blicken finden/
Wenn man den klugen Fleiß zum festen Grunde legt.
Sie will den Lorber selbst und dessen Schlässe winden/
Der nur Ihr Eugend-Bild in seinem Busen trägt.
Dagegen dessen Herz die Niedrigkeit besitzet/
Der statt der Eugend-Bahn die Laster-Wege libt/
Dem nie kein hoher Geist das träge Blut erhitzet/
Der nur die Uppigkeit und schnöde Wollust übt/

Ein

* (32) *

Ein solcher muß gewiß in tieffen Staube leben/
Der schlimme Pöbel-Stand der bleibt Ihm beschreit/
Wie kan der Himmel auch ein bess'res Leben geben/
Da man nur Laster liebt/ und keine Weisheit ehrt?
Wohl-Edler! wenn man ißt den sterlen Fleiß erweget/
Da Er im Musen-Streit so tapffer angewandt:
Da den Tugend-Grund zur Weisheit fest gelegt/
Hat billig Themis Ihn als treuen Sohn erkant.
Drumb will Sie Ihn ihund mit holder Gunst ergezen/
Da Sein gelahrtes Haupt ein stolzer Lorber ziehet:
Sie will den klugen Fleiß mit solcher Chr' ersezzen/
Die die Unsterblichkeit in ihrem Busen führt.
Wohlan! wir wünschen Glück zu diesen Ehren-Zweygen/
Der Himmel lasse Sie in steter Blühte stehn;
So wird ein ewig's Erz uns Seinen Nahmen zeigen/
So wird Sein hohes Lob zu keiner Zeit vergehn.

Mit diesem wenigen solten dem Wohl-Edlen und
Hoch-Gelahrten Herrn Doctorando glückwünsc-
hend aufwarten
dessen bey Thro Excellenz Herrn
D. Hartungen

Sämtliche Tischgenossen.



**COLLEGII JURIDICI
DECANUS**

PETRUS MÜLLERUS,

JCtus, ac Pandectarum in Academia
Jenensi Professor Ordinarius.



CONFESSIO HIRDIUS
DEGENS
PETRUS MUNERIS

E 5



L. S.

Uandoquidem is, judicio

Græcorum Poëtarum sapientissimi Hesiodi, omnium optimus est, qui sibi ipsi per omnia sapit, cogitans quæ deinde & postremo sint meliora ; eum è magis felicissimum deprædicamus , qui caute cavet, ne quid in actionibus suis defiat aut excedat. Recta ratio est de rebus humanis divinisque , quatenus eæ ad nos spectant, verum judicium ac sensus ducens ad justitiam. Sic præclarum est , justitiae præmiorum & poenarum arbitræ , dare operam ; Deo quippe amicus est, qui eam exercet, & cum ea degit. Exercetur autem ea tam in scholis quam in foro ; Eo enim ipso dum genuina juris , quod utique diversum est, fundamenta exponuntur , dumque casibus oborienteibus

* (36) *

entibus applicantur in communem æque ac singulorum salutem, Deo sacrificium fit. Hinc est, quod Jurisperitus in partem curarum & sollicitudinis à Principibus vocetur, ut gloria sua industria in causis gravissimis in medium consulat. Legibus consentaneus is demum est, qui secundum eas in republica se se gerit: alienus ab iis, qui in eas delinquit. Ut autem in cæteris disciplinis & actionibus excessus & defectus in vitio, perfectio autem in mensuratione mediocritatis poni solet & constitui, ita & Jurisprudentiæ Cultores, qui medium viam ingrediuntur, in laude ponendi, qui acclamationem Doctorum in theatro promerentur. Quorum numero Clarissimum

DN. MARTINUM KARNATZ,

Jurium Candidatum eximium merito suo habemus; Nam cum in Academiis justum intelligeret; ita aliquando in sibi demandandis Reipubl. partibus fideliter illud applicaturum ingenui animi indicia non vulgaria nobis spondent. Itaque

* (37) *

que paucis de initiis & progressu studiorum ipsius
exequamur. Natus is est Gustrovii die II. Octo-
bris Anno Christi 1662. Patre Viro Integerrimo
JOACHIMO KARNATZEN, Matre ve-
ro Fœmina honestissima SOPHIA LEXO-
WIN. Usque ad 20. ætatis annum Alumnus
fuit Gustroviensis Scholæ, ibique præprimis usus
est Plurimum Reverendi atque Amplissimi D.N.
GOTTFRID VOIGTII, Theologiæ
Licentiatæ, eo tempore Rectoris Gustrov. postea
Scholæ Hamburgensis Rectoris, nec non Claris-
simi D.N. CORNELII PITTELII, Scho-
lae Gustroy. Con-Rectoris meritissimi fidelissima
informatione, quibus jamjam defunctis multum
se debere profitetur. Postea Anno 1682. d. 27.
Februar. jussu Parentum celeberrimam Academi-
am Rostochiensem petiit, & ibi in Philosophicis
præsertim ac in arte Oratoria Præceptorem ha-
buit Nobilissimum, Excellentissimum atque Ex-
perientissimum D.N. JOANNEM JACO-
BUM DOEBELIUM, beatæ memoriae, Me-
dicinæ Doctorem ac Professorem Publ. Ord. cele-
berrimum. Cum autem animum suum à teneris

ferme studio juridico dedicasset; absolutis huma-
noribus studiis visitavit Collegium ad Instit. Justi-
nianas quod habuit Vir Nobilissimus, Consul-
tissimus atque Excellentissimus DN. JACOBUS
LEMBKEN, Jctus & in Academia Rostochien-
si Facultatis Jurid. P. P. Ordin. Audivit quoque
ad Exercit. Ludovellianas, ff. uti & ad Compen-
dium Juris Lauterbachii, Nobilissimum, Con-
sultissimum atque Excellentissimum D N. JO-
HANNEM FESTINGIUM, Jctum ac P. P.
Ordinarium famigeratissimum, Serenissimi Du-
cis Sverino - Mecklenburgici Consiliarium: insuper
& Nobilissimos, Consultissimos atque Excel-
lentissimos Viros DN. GEORGIUM RADO-
VIUM, Jctum Celeberrimum, Facultatis Juridi-
cæ in Academia Rostochiensi Seniorem, D N. JO-
HANNEM SIBRANDUM, Jctum & P. P.
Ord. Præceptores fidelissimos colit atque venera-
tur. Cum autem per biennium Rostochii commo-
ratus esset, suasu Parentis postea nostram Salanam
Anno 1684. ingressus est, Viro Magnifico, Nobi-
lissimo, Consultissimo, atque Excellentissimo DN.
NICOLAO CHRISTOPHORO LYN-
CKERO,

* (39) *

CKERO, Jcto, Hæreditario in Kötschau & Flur-
stedt, Consiliario Saxonico Vinariensi Intimo, An-
tecessore Primario, Curiæ Provincialis, Scabinatūs
ac Facultatis Juridicæ Assessorē gravissimo hujus A-
cademiæ sceptra tunc gerente, atque Ipsum præpri-
mis in hac nostra Academia privatim *Universum* &
publicè *Canonicum* Jus explicantem, uti Viros No-
bilissimos, Consultissimos atque Excellentissimos
DN. JOH. VOLCKMANN. BECHMAN-
NUM, DN. HENRIC. BALTHAS. RO-
THIUM, DN. JOH. PHILIPP. SLEVOG-
TIUM, Jctos & Antecessores celeberrimos jura
publicè docentes sedulo audivit ; Meum quoque
Collegium privatum ad *Jus publicum* uti & lectio-
nes publicas ad ff. frequentavit. Et ut de erudi-
tione eò certius constaret, permisso Facultatis
nostræ, sub præsidio Viri Nobilissimi atque Con-
sultissimi DN. JOHANN. CHRISTOPH.
HARTUNGII, Phil. & U. J. Doctoris celeberr-
imi publicè *de Superstitione* disputavit. Ne au-
tem sine laborum præmio à nostris Musis discede-
ret, nomen suum apud Collegium nostrum ante
paucos dies professus est, atque ut ad consueta
exami-


CKERO

* (40) *

examina admitteretur, & in numerum Candidatorum recipere tur modestè petuit; Admissus itaque, textus ipsi assignatos ita resolvit, ut responsionibus suis satis sit factum nobis & dignissimus aestimatus, ut reliqua ederet specimina unanimi suffragio. Cras igitur in Jutorum Auditorio L.2.
ubi in rem act. in lectione cursoria resolvet; Ad quam audiendam Magnificus Dn. Rector, Academæ Proceres, Doctores, Magistri & Legum Fautores officiosè & amicè invitantur. Dab. Jenæ sub Sigillo Facult. Juridicæ D. XI. Sept. D D C LXXXVII.

L. S.






99 A 6950



5b.

K3 17 200 ✓





26

C. D.
DE
SOCIETATE
VNIVERSALI,
Consensu
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
in
Illustri Academia Salana
P R A E S I D E
PETRO MÜLLERO, JCTO,
Consiliario Saxonico & Antecessore,
Pro
L I C E N T I A
Summum in utroque Jure Doctoris Gradum ejusdemque Pri-
vilegia consequendi,
In Auditorio Jctorum
Die 28. Maii, 1691.
horis ante & pomeridianis
disputabit
MARTINVS KARNATZ,
Güstrovio-Mecklenburgicus.

JENÆ, Typis PAVLI EHRICII,
Ao. 1712.